



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

in collectore Papa exigente decimam beneficiorum, quia pro nullo pecuniario commodo potest apponi generale interdictum ita tenet Ioan. And. Domi. Philip. Fran. & alij docto. in c. presentis. de sent. excom. lib. 6. Ioan. Calder. in tract. de interdictio. in i. par. nu. 17.

1 Limita primo, non habere locum in interdicto speciali, scilicet in certa ecclesia: nam episcopus potest illud apponere, propter denegatum subsidium, quia extrauagans predicta non habet locum in speciali interdicto, sed in generali. Ita Io. And. Domin. et alij. doct. in c. presentis. de senten. excommu. lib. 6. Calde. vbi supra, Felix. in c. sane. el. 2. nu. 3. de off. deleg. Steph. Aufred. in tract. de potestate ecclesie. super laicos. nu. 8. versi. decimo potest episcopus. Bartholom. Belen. in d. tract. q. 35. nu. 2.

2 Limita secundo, nisi subditi denegante soluere subsidium, prius fuissent propter hoc ab episcopo excommunicati, quoniam si perseuerent in contumacia, non obstante excommunicatione, episcopus poterit apponere generale interdictum. nec obstat dicta Extrauagans que loquitur quando directe immediate apponitur generale interdictum pro commodo pecuniario, hoc autem casu apponitur potius propter contumaciam, & solutio subsidij non est causa immediata, sed mediata & remota. Ita notab. concludit Io. Calde. in c. 8. incip. episcopus interdicat eccle. in tit. de senten. excommu. vbi dicit hoc esse verissimum, & ita debere intelligi dictam Extrauagantem: sequitur Barthol. de Bellencinis in d. q. xxv. nu. 4. Remigius de Gonny, in tract. de charitativo subsidio, q. xii. pag. 67.

REGVLA CCLIIII.

EPISCOPVS non potest de ecclesiis patronatis & earum bonis disponere aliter, quam se habet status ipsarum ecclesiarum, si ne consensu patroni. Quæ regula probatur per glo. in cap. nobis. §. ceterum. in verbo, in capella. ver. sed his non obstantibus. de iure patrona. allegat ad glo. text. in cap. monasterium. & seq. xvij. q. vij. vbi dicitur, episcopum non posse auferre ecclesiam a dispositione patroni, & sic eo inuito collegiata non potest fieri, sicut eo inuito non potest ei auferri directe ius presentandi. ca. decernimus. 17. questio. 7. & c. cum dilectus. de iure patrona. & ita expresse concludit Lambertin. in tract. iuris patrona. in 6. quest. princip. 3. lib. nume. 2. fo. 403. col. 4.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limita vno modo Lambertin. in d. tract. in x. arti. 6. q. princ. 3. lib. nu. 1. fo. 406. col. 4. in fi.

REGVLA CCLV.

ERROR iuris non inducit bonam fidem, sed potius malam in acquisitione vel prescriptione longi temporis. Hanc regulam probat